

- ad id, in quo recepta fuerit seruetur, in aliis vero partibus, ubi ipsa in totum, vel in parte recepta non fuerit, vel contrarium obseruatum, obseruantia huiusmodi & legitima consuetudine stetur.
- 10 Legitima consuetudo in proposito erit quadragenaria, cum suis requisitis.
- 11 Ciuitatis a tempore immemoriali prædica & fundi mensa capitularis atque fabrica eiusdem Ecclesie, ad nouem annos locatur.
- 12 Idem in Casertensi ciuitate.
- 13 Fundi & res Ecclesie, si eius sint conditionis, vt ex eisdem quolibet triennio vnicus tantum fructus percipiatur poterunt in nouem annos locari.
- 14 Extraneus prædicti an habeat locum & procedat non solum in bonis Ecclesiarum, sed etiam in locatione fructuum sine redditum beneficiorum: & numero 15.
- 16 Beneficia sunt bona Ecclesiastica.

CAPVT VIII.

Extraneus, ambitiosa de rebus Ecclesia non alienandis, inter extraneos communes declaratur.

PAVLVS + Venetus Papa Secundus, anno Domini 1468. Calend. Martij, omnino prohibuit locationem & conductionem rerum Ecclesie ultra triennium, variis adscriptis penis, & inter eas annullationis actus & excommunicationis censura, tam in alienantem, quam in recipientem, vt in præfata extraneus continetur.

2 Sæpe + tamen vidi in praxi dubitari: An fuerit recepta, vel si sui recepta, an deinde contraria fuerit consuetudine sublata necessearium namque est ad hoc, vt lex valeat, quoad ab initio recipitur, alias nullam vim obtinet, vt in *cap. in istis, §. leges, 4. distinct.* vbi Dominicus notat, leges à Principe dari ea conditione & intentione, vt non aliter obligent, quam si fuerint à Republica receptæ: ad idem l. de quibus, ff. de legibus gloss. in c. 1. de treuga, s. de pace, & in l. rem non nouam, §. parati, C. de iudic. tradit bene Syluest. in *summa, verbo, lex, num. 6. per totum*, est communis secundum Didacum Couat. l. 2. *variæ resolut.* cap. 16. num. 6. in *versio, quinto sunt*, &c. Sic itaque videmus, quamplures leges huius regni non esse in vfu, imo contrarium in praxi esse introductum, quia ab initio non fuerint receptæ à subditis: quamuis enim lex semper sit in viridi obseruata, vt in l. Arriani, C. de hereticis & Manich. attamen hoc fallit, si ab initio non fuerit recepta, per *supradicta*.

3 Quatenus + autem attinet ad nostram extraneam, vbi que non fuerit recepta, manifestum est, non esse seruandam: & tunc dicitur, legem non fuisse receptam, quando, Principe sciente per aliquot actus contrarios excluditur, eo autem ignorante, vbi per decennium lex negligitur, nec vilo pacto + admittitur fuerit, secundum Imol. & Felin. nu. 13. in d. cap. 1. de treuga, s. de pace, & l. in d. §. parati, quos refert & sequitur Couartu. *vbi supra* & in terminis dicit extraneus eam esse seruandam, vbi fuit à principio recepta sicut in ciuitate & diocesi Florentina, tenet Anton. de Per. in *tract. de iurisdict. Episcop. cap. 2. vol. 2. tract. num. 10. & seq. fol. 201*. Testatur tamen in multis locis, præcipue in diocesi Imolensi & alibi, à principio non fuisse, receptam, vt ius scriptum: idem, quod liget omnes, si vfu recepta sit, affirmat Albert Troci de vero & perfecto cleric. c. 50. l. 2. n. 9. vol. 2. *tract. diuers. D. d. fol. 254*. At in proposito non constat, quod recepta non fuerit: quinimo contrarium præsumendum est, cum sit lex iusta & pro maiori parte recepta, vt ex *infra* allegandis patet.

Vnde + recurrendum est ad alterum asylem: An postquam fuerit recepta, contraria consuetudine sit sublata, ita vt in hoc antiquum ius sit seruandum, nempe *cap. nulli, de reb. Eccles. non alien. clem. 1. eod. tit.* vbi res Ecclesie locari non possunt ad longum tempus, sed ad modicum, hoc est intra decennium vt *ibi notum gloss. & D. Couartu. late d. cap. 16. num. 1*. Quinimo Concilium Tridentinum irritat locationes rerum Ecclesie ad longum tempus factas, vt patet in *sess. 25. cap. 11*.

Quia + in re Bertach. in *tract. de Episcop. 36. quæst. vol. 2. tract. diuers. D. d. fol. 178. nu. 109. in fin.* inquit, quod præfata constitutio vbi que seruat, & esse in obseruantia testatur Auend. *lib. 1. cap. 4. prator num. 40. dicens*, quod quotidie emanant literæ Apostolicae de ea mentionem facientes & de eius obseruantia monentes, & alias, quibus idem derogatur: Ergo si non esset admittitur non esset necessarium eidem derogare, argum. l. decem, ff. de verb. obligat. & cap. ad dissoluendum, de desponsat. impub. * & eam fuisse vfu receptam & obseruari, affirmat Petrus Benint. *decis. 13. num. 9.* & cum referens Becceus *consil. 92. num. 11 lib. 1. dicens*, se vidisse obseruari in Senatu Montisferati.

Rursus, + Syluest. in *sua summa, verbo, alienatio, num. 15.* inquit, non esse motibus vtentium receptam. Idem in aliquibus testatur idem Syluest. *verbo excommunicatio, 7. num. 83.* & de eius valore & obseruantia videtur dubitari Trocius de *profess. cleric. cap. 50. in fin.* & Caietan. in *sua summa, cap. 75. de excommunicatione, ad fin. inquit*; Notandum, quod hæc decretalis non est recepta vbi que, & quod alicubi videtur recepta non taliter sed quoad aliquid, ideo vbi non est recepta, & similiter quantum ad illud, in quo alicubi non est recepta, neminem damnes, eo quod nisi consensu videntium lex fuerit firmata, pro non lege habetur: admoher igitur, cautum debere esse confessarium, vt sciat consuetudinem patriæ, quod hoc, & quoad illam sciet à curia Episcopii: quæ dicta Caietani refert & sequitur Summa Arnul. aut. in *sum. verbo, excommunicatio, 62. & verbo, locatio, num. 5.* & Nauar. in *Manual. Latin. cap. 27. num. 150.* addens, quod idem eadem ratione debet perpendere iudex fori exterioris, & credit nullibi esse omnino receptam: quia in nullo loco est vfu recepta priuatio beneficiorum, de qua in d. *extraneus*, & quod in Lusitania non videtur recepta, quoad locationem in solos tres annos, quia passim videt fieri locationes in quatuor: at vero in Salmantica affirmat, iam pridem ipsum tulisse sententiam ex probatis coram se, irritam & nullam fuisse quandam locationem in plures quam in tres annos factam: clericum autem, qui eam fecit, non debuisse indicari excommunicationem, iuxta antiquum ius c. 1. *ne Pralat. vic. suas*, nec per consequens irregularem, eo quod celebrasset post illam locationem absque absolutione: scique credit in paucis locis esse receptam quoad penas extrinsecas, & in multis quoad dispositionem principalem & penam intrinsecam nullitatis alienationis & locationis factæ in plures quam in tres annos, idem etiam in effectu affirmat D. Episcopus Sarment. in *suo lib. de reddit. Eccles. 1. part. cap. 2. nu. 20.* cum Caietan. & Syluest. *vbi supra*, quos ibi refertens, inquit, quod illa constitutio extraneus non vbi que recepta est, ideo excommunicatio cessat in loco, vbi non constat fuisse expresse receptam: quod & testatur Ant. à Cordub. in *sua sum. de casus de conscientia, qu. 103.* addens, quod in Archiepiscopatu Toleran. valet dicta constitutio, quantum ad irritationem contractuum, locationum ultra triennium, & quod hanc prædicam sequitur visitator. Idem refert & sequitur nouissime F. Lud. Lop. in *sua instr. conf. 2. par. e. 49.* Ordines tamen mendicantium ultra triennium possunt locare sua prædica cum licentia suorum provincialium, vt in *compend. suorum*

suorum priuileg. vulgo mare magnum, continetur in *tit. de locatione*, vt referant Auend. & Anton. à Cordub. *vbi supra*, cuius priuilegij tenor videndus & attendendus est, cum casus contigerit, vt obseruetur ad vnguem.

8 Hæc igitur diuersitate atque consuetudinum varietate attenda, recte ac verissime docet Couartuus *vbi supra*, apud Hispanos dubium esse, an prædictæ extraneus, ambiosa sit derogatur: vidit etenim sepe eam adduci & tractari in aliquot controuerfiis, & quandoque admittitur, quandoque neglectam fuisse ac proinde iudicis examinationi hoc dimittit.

In summa, quæstio est de facto, non vero de iure quia hoc certissimum est, nempe non valere locationem rerum Ecclesie ultra triennium, vt in d. *extraneus*. illud vero dubium atque incertum est, in quibus nempe locis recepta illa sit, & quoad quid, in quibus vero non: Quare nihil aliud affirmare possum post longum laborem atque relationem tantorum virorum, + nisi quod ipsi resoluunt, nempe stantem esse in hoc consuetudini loci siue provincie, vt in quibus locis ipsa extraneus recepta sit, & quoad id, in quo recepta fuerit, seruetur: in aliis vero partibus, vbi ipsa in totum vel in parte recepta non fuerit, vel contrarium legitima consuetudine in iudicio probata obseruatum, huic obseruantie atque legitime consuetudini stetur. Varietas autem facti & consuetudinis, vt colligo ex *supradictis* auctoribus, magis ac potius consistit in nullitate vel validitate locationis rerum Ecclesie ultra triennium, quam in censura excommunicationis, ceteris quæ penis: Nam quoad eas certius est, non esse in vfu in maiori parte horum Regnorum dicit extraneus. itaque contravenientes excommunicationem nec cæteras penas incurunt, ac proinde nec irregularitatem celebrando absque absolutione: quia cum penæ sint odiosæ, eas vfu non recipit: at vero quamuis quoad nullitatem contractuum locationum ultra triennium diuersitas locorum esse videatur, frequenter tamen admittitur videtur, vt recepta sit ipsa extraneus, pro vt in dubio, alio non probato admittenda est ac iuxta eam iudicandum: vbi tamen legitime probata fuerit consuetudo immemorialis, vel alia legitima in contractum seruanda erit, vt ex omnibus *supradictis* colligitur, & ex Roch. de Curt. in *o. fin. de consuet. fol. paruo 51. col. 1. relato à nostris*, & *vbi sup. quamuis ipse hoc apud eum non inuenierim*. * Et quod vltimodum locatio valeat, quando res est solita locari ad longum tempus, tenet Grat. *consil. 96. nu. 14. lib. 1. Paris. consil. 98. num. 7. lib. 4.* prout eos refert & sequitur Becceus *vbi supra num. 2.* *

Dubium + tamen est; Quæ consuetudo dicitur legitima in proposito, vt eidem Paulina extraneus iam recepta derogatum sufficiat in proposito videatur: In hoc resolutio legitima esse illam consuetudinem, quæ quadragesima annorum continuorum spatio, & ultra cum suis ceteris requisitis præscripta & confirmata fuerit, vt in *c. fin. de consuet. in terminis tenent* Ant. de Per. & Cou. *vbi sup.*

Et in hoc Episcopatu Ciuitaten. saltem in vbe ipsa que est caput totius diocesis, video semper locari prædica & fundos huius alme Ecclesie, tam mensæ capitularis, quam fabricæ ipsius Ecclesie, regulariter ad nouem annos, hocque inuolubiliter obseruatur, & audio ita fuisse semper obseruatum absque vilo dubio à tēpore immemoriali, idem que esse in reb. aliarum Ecclesiarum huius ciuitatis, quod liquidissimo probati poterit: quare non dubito, hoc probato, hic locum non esse præfate Paulinæ decisioni, nec respectu penarum, nec ipsius principalis decisionis, quamuis non audierim, in iudicio deductam vnam hic fuisse nec super eo disceptatum si ergo consuetudo legitime præscripta aliquid potest in proposito, vt potest ex *supradictis* cum ea, quæ hic adest, immemorialis sit, videtur omnino seruanda probata in iudicio.

Et + iuxta *supradictam* resolutionem respondi ad 12 casum, de quo fuit consultus de quadam locatione ad sex annos facta defenfa cuiusdam capellania Episcopatus Casertensi in iudicio deducta, *vbi enim, 7. vt mihi renuntiatum fuit*, eadem consuetudo immemorialis, quæ hic, pollet ac viget, præmaxime, quod illa defenfa consistebat præcipue in cultura & in tota prædicta locatione sex annorum, bis tantum rumpti debebat duoque, non vero ampliores redditus pensionis frumenti domino reddendi erant: Ergo ipsi nondum complebant vnam locationem trium fructuum, cum tamen ultra tres sit prohibita locatio, quo casu valet similis huic locatio, etiam si ultra tres annos fiat, dum tamen ultra tres fructus conductor, nec locator, toto illo tempore recipiat ex natura rei atque conditione, iuxta id, quod recte post alios in proposito deducit Couartu. *vbi supra*, in *versio, tertio extraneus*, resoluens eam esse intelligendam in reb. Ecclesie, quæ quotannis coluntur, vt ex eis fructus quolibet anno colligantur, alioqui si res Ecclesie eius sint conditionis, vt ex eisdem quolibet triennio vnicus tantum fructus percipiatur, poterunt in nouem annos locari: Ergo cum in casu præmissio ad ipsum contigerit, locatioque tantum facta fuisset ad sex annos, valida erit, præmaxime attenda consuetudine immemoriali dicti Episcopatus.

Supereest + modo, vt videamus, An constitutio præfata Paulina (data ipsius obseruantia) loquatur atque procedat non solum in reb. Ecclesie, vt hæc ultra triennium locari non possunt, sed etiam in fructibus beneficiorum? Vbi gratia: Prælati, Canonici vel alius beneficiatus, an possint fructus sua dignitatis, præbende, vel beneficii ultra triennium locare, ad vitam nempe vel ad modicum tempus, hoc est, intra decennium? & hoc sic licere videtur. Primo, quoniam d. *extraneus* loquitur tantum in locatione rerum Ecclesie ultra triennium, vt constat, *vbi Bonorum Ecclesiasticorum*, iuxta *tex. ibi, Ecclesiarum evidenti nullitate*: non autem in locatione fructuum beneficiorum, qui locari possunt, vt in *cap. quare lam, ne Pralat. vic. suas*, & *ibi D. Secundo* per *tex. in l. 9. tit. 17. part. 1.* vbi expressim cauetur, Prælatos alioque clericos posse locare fructus suarum Ecclesiarum atque beneficiorum ad vitam: quia licet hi fructus proueniant ab spiritalibus, spiritualia ipsi non sunt, & ibi Greg. Lopez in *gloss. vendar*, refert Abb. in *d. cap. fin. ne Prælati vic. suas* notantem *super gloss. 2. & est in num. 4.* Rectorem Ecclesie posse locare fructus pro tempore vitæ suæ: & in terminis hanc partem videtur tenere Ferricus de Senis *consil. 123.* & nominatim Didac Couat. *d. lib. 2. variæ resolut. c. 16. num. 6. ad fin. versio, sexto, dicens*, quodam hoc opinari, & cum ea opinione ipse remanet: sed intrepide hanc partem tenet & probat Auend. *d. lib. 1. cap. 4. prator nu. 42. in versio, item, quæ supradicta sunt*.

Sed + meo iudicio contraria sententia est verior & tenenda, imo quod etiam fructus beneficiorum non possunt ultra triennium locari, nec Prælati, siue alius beneficiarius possit ad vitam, ad longiusve tempus quæ triennium eos in firmam dare, & hoc per dictam extraneus, Paulinam recte inspectam, quæ non solum in bonis & reb. Ecclesie loquitur, sed etiam in fructibus beneficiorum, agit enim in præfatione in principio in bonis immobilibus & præfatis mobilibus Deo dicatis, ex quibus Ecclesie, monasteria & pia loca reguntur, illustranturque, ac eorum ministri sibi alimoniam vendicant & postea in decisione prohibet omnium rerum & bonorum Ecclesiasticorum alienationem, omneque pactum, per quod ipsorum dominium transfertur, concessionem, hypothecam, locationem & conductionem ultra triennium, &c. His namque verbis non solum bona propria ipsarum Ecclesiarum, quarum fructus in utilitatem fabricarum conuertuntur, ultra triennium prohibentur

bentur locati, sed etiam illa, ex quibus Ecclesie ipse & pia loca reguntur illustranturque, & eorum ministri sibi alimoniam vendicant: Ergo fructus beneficiorum locari non possunt ultra triennium; omnia enim predicta bona sunt Ecclesiastica atque de patrimonio Iesu Christi Domini nostri, Deoque dicata; post diuisionem tamen factam a Simplicio Summo Pontifice, circa annum Domini 470. Quarta enim pars omnium fuit applicata fabricis Ecclesiarum pro ipsarum seruitio, vestibus & ornamentis; Quarta etiam Episcopis, alia quarta ministris Ecclesiarum, reliqua pauperibus, vt resoluimus in nostro lib. 2. pract. quas. 11. a. num. 7.

Omnia igitur bona supradicta Ecclesiastica sunt nihilominus, & de his loquitur tex. ille in d. extrag. ambrosia his verbis; Omnium verum & bonorum Ecclesiasticorum, &c. quia non exprimit nec restringit Ecclesiarum, sed generalius Ecclesiasticorum, vt vtraque bona comprehendat: nam legis siue constitutionis decisio debet intelligi ac declarari iuxta prefationem & proemium, vt in l. fin. vbi communiter D. ff. de hered. inst. cum similib. Verum hoc expressius comprobatur ex eadem Paulina constitutione inferius in casibus exceptis in secunda exceptione, ibi, Ac de fructibus & bonis, que seruando seruari non possunt, pro instantis temporis exigentia, &c. intelligendo eorumdem bonorum Ecclesiasticorum, de quibus supra loquitur, qualia sunt prebendarum & beneficiorum Ecclesiasticorum, vt infra probatur. Exceptio igitur hanc firmat regulam in contrarium, vt in l. nam quod liquide, cum similib. de peni. legat. nempe, vt quoties fructus & bona ultra triennium seruari possunt, non possint ultra concedi vel alienari: sed fructus beneficiorum percipiendi, imo, qui post triennium nasci debent, non est opus vt antea alienentur, nec vlla tunc est temporis exigentia, vt alienentur antequam nascantur: Ergo ultra triennium alienari nec locari possunt: quinimo, nisi expresse in verbis precedentibus extrauagantis, esset permilla locatio intra triennium, iuxta hanc exceptionem illa videretur prohibita, nisi tantum, quoties seruando seruari non possent, pro instantis temporis necessitate: atamen cum iam ex precedentibus indistincte ad triennium fieri fit concessio, locatio & conductio bonorum Ecclesiasticorum, pro hoc triennij tempore valida ac permilla erit, ultra vero non, etiam si sit fructuum beneficiorum: Quandoquidem illi etiam ac cetera bona que seruando seruari non possunt, prohibentur alienari, nisi pro instantis temporis exigentia, qua conseruatio atque temporis exigentia in fructibus nondum natis, minime ultra triennium extenditur, prove est nouissimu. Quo fit, vt cum Ecclesia Cathedralis, collegiata, vel Archiepiscopalis habeat quamplurima bona immobilia fructifera mensae, siue dignitatis Episcopalis vel Archiepiscopalis, vel Abbatiae, & praeterea decimas alioque redditus Ecclesiasticos pro sustentatione Praelati, ac tanta dignitate illustratione, nec non & alia bona separata, decimas etiam & alios redditus Ecclesiasticos, pro mensa & sustentatione Canonicorum ceterorumque Ecclesie ministrorum, Praelatus huiusmodi, nec Capitulum vel singulares personae ipsius, poterunt fructus suae Praelaticae, mensae Capitularis, nec suarum prebendarum in totum, vel pro parte, ultra triennium locare, cum haec sint bona Ecclesiastica, iuraque spiritualia & redditus Ecclesiastici, vt communiter nuncupantur: Ergo ultra triennium locari non possunt, stante dicta Paulina ipsiusque obseruantia, vbi contrarium non fuerit legitima consuetudine praescriptum.

Idem est in ceteris Ecclesiarum parochialium & aliarum beneficiarum; hi enim cum bonis & redditibus Ecclesiasticis fruuntur, eos ultra triennium, vel iure ipso postulante, locare, minime poterunt.

Pro quibus omnibus, vltra verba Paulinae in idem expensa facit, quia in proposito ante dictam extrauagantem, sicut bona Ecclesiastica ad longum tempus locari erant prohibita & permilla tantum ad modicum tempus, ita etiam & fructus & reddituum venditiones, nisi ad modicum tempus, vt est tex. expressus in clement. 1. in fin. de reb. Eccles. non alien. Eadem igitur est ratio prohibitionis vltra tempus permillam & permillionis intra idem tempus respectiue locationis bonorum Ecclesiasticorum, atque ipsorum reddituum & fructuum: Ergo idem ius in vtriusque in proposito statuendum est: & in terminis nostris hanc sententiam ante nos expresse tenuit ac probauit, quamuis breui sermone Boetius decis. 224. num. 2. Nec Couarruias allegat pro contraria parte, eam interpedire tenet, nec affirmat, sed asserit, quosdam id opinari: ipse autem licet cum ea opinione transire videatur, eam non audet, nec affirmare nec damnare. Federicus autem de Senis d. consil. 123. non agit in terminis dictae Paulinae, nec eam allegat. Dicta vero lex partita 9. tit. 17. part. 1. pro priori parte allegata, & Gregor. Lopez ibid. cum Abb. non etiam obstat videntur, quoniam illa lex fuit condita multis annis, antequam sanciretur dicta constitutio: quod patet, quia liber legum Partitum fuit inceptus anno Incarnationis Dominicæ 1251 vt in prologo eius exprimitur, & sic 217. prope annos, antequam dict. extrauagans ederetur: Abbas vero & Gregorius huius Paulinae non meminerunt: remanet igitur pro contraria parte Auendanius, qui profecto nimia audacia, non vero ea moderatione, qua insignis Couarruias ab ea relatus vtitur, eam affirmat, praecipue cum agat de re non euidenti imo cum periculo contraueniendi Pontificiae decisioni: & praeterea suppositum, quod maxima suspicioni falsitatis non caret, nempe quod beneficia licet sint de Ecclesia, non tamen sunt bona Ecclesiastica, idque probare nititur argumentis minime efficacibus. Contrarium siquidem est verius & comprobari potest & ex latissime traditis ac digestis, quamuis in aliud propositum, a doctissimis viris D. Nauar. & C. Francisco Sarmient in suis libell. de reddit. Ecclesiast. & in apolog. eiusdem nominis ab eodem D. Nauar. composita: quae enim vnaquam dubitauit, beneficia eorumque bona esse Ecclesiastica? Profecto videtur absurdum contrarium asserere; Nam quamuis in his clericis habeant solum usum fructuum eorum, dominium aut pertinet ad ipsam eorum Ecclesiam, aut ad ipsos in communi, ideo non possunt alienari, vt in tit. de reb. Eccles. non alienand. & alibi sapissime. Sunt enim spiritualia, vt in d. l. 9. tit. 17. part. 1. Igitur nec locari ultra triennium, vt in dicta Paulina. Quod si replices, esto quod bona ipsa ex quibus redditus proueniunt, vltra triennium locari non possint, quia sunt Ecclesiastica, quicquid dicat Auendan. fructus tamen & redditus ipsorum clerici competentes, cum potius sint quid temporale, vt in d. l. 9. poterunt in tu decennium vel ad vitam locari, vt habet prima opinio respondendo, nec hoc quidem licere, cum vtrumque comprehendatur in d. Paulina extrauag. & praeterea, cum nihil interfit, saltem in re, inter locationem bonorum ipsorum, vel redditus eorum, vtrouque enim casu minime alienantur bona ipsa in locatione intra decennium, vt in l. non solum, ff. locat. & nihilominus locatio praedictorum bonorum tantum est permilla intra triennium, non vero vltra: Ergo & fructuum locatio eadem ratione vt in d. clement. 1. in fin. de reb. Eccles. non alienand. vbi in proposito, bona ipsa & fructus atque redditus earundem equiparantur, vt ad modicum tempus locari possint: Ergo hodie vltra triennium id fieri non poterit, cum ex dicta Paulina haec terminus sit huic negotio praefixus.

SVM MARIVM

- 1 Ordinati per symoniam sunt suspensi ab executione suorum ordinum, & electionis & omnes aliae prouisiones beneficiorum, symoniace factae, sunt nulla ipso iure, & prouisi non faciunt fructus suos, sed eos in foro conscientia tenentur restituere, & singuli ex supradictis, qui dando vel recipiendo symoniam committunt, item & mediatores sunt excommunicati, & absolui non possunt, nisi a Romano Pontifice, praeterquam in mortis articulo.
- 2 An ad hoc, vt superiora procedant, requiratur consummatio symoniam conventionalis ab vtraque parte? & nun. seq.
- 3 Symoniacus de iure communi regulariter priuari debet per sententiam.
- 4 Quando duo sunt a iure equiparata, poena, que adicitur in vno, videtur adiecta in alio. Excommunicatio est maior poena, que est in Ecclesia. Anima pretiosior est omnibus rebus. Symonia ex sola traditione rei spiritualis ob pretium committitur ad incurrendam sententiam excommunicationis, licet pretium non soluantur: secus est econuerso, quia traditio rei, si rei spiritualis non tradatur, non committitur symonia subiecta censuris Ecclesiae, quamuis incurrantur crimine symoniam. Collatis beneficiis facta sub pacto de aliquo ob id dando, est nulla, etiam si pretium non tradatur, sed tantum promittitur: contrarium tamen, tam respectu nullitatis collationis, quam excommunicationis, praesens recepit, vt in num. 10. & 11. Vbi est varietas opinionum, non peccat non seruans ius praecipui De reuerentia argui non potest, qui sequitur maiorum sensum. Communis opinio in dependentibus ab interpretatione prudentiam plene excusat & sequenda est, nec ab ea recedere licet, nisi sit euidenter falsa. Clericus celebrans post completam ab altera parte symoniam, ante implementum alterius, non incurrit irregularitatem. Translatio dominij beneficij per symoniam collati & pretij per symoniam dati, non impedit iure naturali nec diuino, sed humano. Casus praecuratur.

CAPVT IX.

extrauagans, Cum detestabile & de symonia, inter communes declaratur.

EX STAT alia eiusdem Pontificis Pauli Veneti constituto, anno 1464. 9. Calend. Decembris lata in ordinatos per symoniam, vt a suorum sint ordinum executione suspensi, & praeterea annullat ipso iure electiones & omnes alias prouisiones dignitatum, personatum, officiorum Ecclesiasticorum & beneficiorum symoniace factas, ita vt sic prouisi non faciunt fructus suos, sed in foro conscientia teneantur ad restitutionem eorum, & quod singuli ex supradictis, qui quomodolibet dando vel recipiendo symoniam commiserint, aut quod illa fiat, mediatores extiterint seu procurauerint, sententiam excommunicationis incurrant, a qua, nisi a Romano Pontifice pro tempore existente, non possint absolui, praeterquam in mortis articulo constituti. Offertur tamen in proposito statim in limine illa questio; An praefata con-

stitutio, ad hoc procedat, poenae eius nullitatis rationis collationis atque sententiae excommunicationis locum habeant, requiratur consummatio symoniam conventionalis ab vtraque parte, & sic quod sit symonia realis, an vero intelligenda sit etiam in symonia conventionali tantum?

Et videtur in conuentionali tantum quae extrauagantem illam loqui, locumque habere non solum in reali: quoniam symoniacus de iure communi regulariter priuari debet per sententiam, non vero ipso iure priuatus existit, vt in cap. 2. de confess. extr. cum gloss. in cap. per inquisitionem, de electio. Abb. in cap. inter dilectos, vbi in vltimo de excessib. Praelat. sed per dict. extrauagantem. cum detestabile, ipso iure sunt impositae dictae poena, vt constat ex protemio ipsius, aggrauante saeculo symoniace praenitatis, tanquam detestabile, si que arguit mens legislatoris, argumentum d. final. ff. de hered. insti. volentis augere poenam indifferenter, ex quo indistincte statuit, & hoc ob criminis frequentiam: Ergo cum non distinguat symoniam conuentionalem a reali, in vtraque loquitur & procedit.

Secundo, quia poena sunt ad inducendam symoniam, date pecuniam vel alid temporale, vel promittente, vt in cap. super hoc, de renuntia. & ibi Imol. & Abb. Si ergo Paulina supradicta loqueretur tantum in symonia reali, sequeretur, quod quando duo casus sunt equiparati a lege veteri, lex noua loquens in vno, non haberet locum in alio: quod est contra commune resolutionem Doctorum, quam tenet gloss. in l. si quis seruo, C. de furis, communiter approbata. Praeterea, vbi duo sunt a iure equiparata, poena, que adicitur in vno, videtur adiecta in alio, secundum Abb. in c. 2. de mur. petri. col. 3. & in cap. de multa, de prebend. col. 2. de mur. i. 8. pro quo est text. cum gloss. in cap. si postquam in fin. de election. in 6. Nec textus in d. extrauagant. in §. statuentes, videtur supradicta obstat, quatenus de datione & receptione loquitur, hoc namque ad poenam duntaxat excommunicationis adiungit, non vero ad poenam priuationis, de qua in §. procedenti iam edixerat.

Nec etiam obest, quod maior & grauior sit poena excommunicationis, quam priuationis beneficiorum, illa siquidem ligat animam, cap. per venerabilem, in versic. cuius sententiam &c. qui filij sint legitimi, cap. Romanus, in §. in vniuersitate, de sententia excommunicati. in §. & vt inquit Diuus Augustinus, nulla maior est poena excommunicatione in Ecclesia, vt in cap. corripiantur, 24. quæst. 3. & dicitur mero Episcopi in cap. visis, 16. quæst. 2. & est maxima poena, sique non debet infligi pro leuibus & criminibus, sed pro peccato mortali, vt in c. non asseramus, in fin. 24. q. 1. & in c. nullus, & in c. nemo Episcoporum & in c. Episcopi 11. quæst. 3. Anima tamen pretiosior est omnibus rebus, vt in l. sancimus, C. de sacrosanct. Eccles. cap. cum infirmis, de penis. & remiss. Si ergo extrauagans praedict. cum detestabile, in poena excommunicationis, quae est grauior ceteris, restringit & declarat, vt ipsa incuratur, quando aliquid datur vel recipitur, a fortiori idem videtur voluisse in poena leuiori, quae est praecedens priuationis, scilicet beneficij, argum. ex c. in authent. multa, C. de sacrosanct. Eccles. & in cap. cum in cunctis, in princ. cum ibi notatis de elect. Nam responderi potest; primo, quod in penis benigna est interpretatio facienda, vt in reg. in penis, de reg. in 6. & non valet argumentum de maiori ad minur. in 6. & non valet argumentum de maiori ad minur. in 6. & non valet argumentum de maiori ad minur. in 6. & non valet argumentum de maiori ad minur. in 6. Quia licet sententia excommunicationis fieri non debeat, nisi pro peccato mortali, non tamen omne peccatum mortale est priuatione beneficij dignu, etiam si propter huiusmodi peccatum sequatur excommunicatio. Consequitur

quiritur igitur ex supradictis, quod quamvis ad incur-
 rendam sententiam excommunicationis contra sym-
 oniacos in ordinibus & beneficiis requiritur datio
 vel receptio: attamen ad annulationem tituli vel col-
 lationis beneficii per symoniam adepti, ea non requi-
 ritur, sed sufficit symonia tantum conventionalis *vt d.
 extrag. in d. versic. per electiones vero, &c. & expressus
 in Concilio Constantiensi in hac verba: Electiones au-
 tem, postulationes, confirmationes, & quavis provisiones
 symonicae Ecclesiarum, Monasteriorum, personarum, offi-
 ciorum, & beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcumque
 deinceps factae, nulla sint ipso iure, nullumque per illas
 cuiquam acquiratur, nec promoti, confirmati aut promissi
 faciant fructus suos, sed ad illorum restitutionem, tanquam
 inique ablata percipientes teneantur: statuentes, quod dan-
 tes & recipientes ipso facto sententiam excommunicationis
 incurram, etiamsi Pontificali aut Cardinalatus presul-
 geant dignitate, &c.* Ergo cum in hoc Concilio Con-
 stantiensi nihil dicatur de datione, quoad priuationem,
 sed quoad excommunicationem collatio benefi-
 cij symonia, siue reali, siue contentionali tantum facta,
 est ipso iure nulla, licet quidam (vt infra dicitur)
 intelligant *d. extrag. cum deservibile*, in symonia reali,
 videlicet cum aliquid datur, vt sit priuatus: secus in
 symonia conuentionali tantum: Ita hanc partem ex
 dicto Concilio Constantiensi aduersus illos tenet &
 probat Petr. Rebuff. in sua praxi beneficio in *tit. de symonia
 in rescriptis num. 8. & 9. pag. 496.*

Quinimo & ad incurrendam praedictam sententiam
 excommunicationis propter symoniam in benefi-
 cio vel alia re spirituali adhibitam, sufficit, quod ex
 parte rei spiritualis actus consummentur, videlicet tradi-
 tio reali & actuali beneficii, quamvis ex parte em-
 ptoris actus non sit consummatus traditione pretij mi-
 nime facta, quia sufficit conuentio pretij soluendi, li-
 cet ipsum non sit solutum, dummodo beneficium sit
 traditum: pro quo facit eadem extragans, *ibi. Dan-
 do vel recipiendo*, quod si pretium quoque sit solutum,
 indubium est, symoniam omnino punibilem committi:
 secus si res spiritualis non tradatur, etiamsi pecunia
 pro pretio fuerit data; Nam ob hoc non incurritur sym-
 onia subiecta censuris Ecclesiae, quamvis incurrat
 erimen symoniae: Poenae siquidem restringendae sunt
 ad actus consummationis: ita in terminis tenet & probat
 Caietan. in sua summa, verbo symonia, in *versic. ex eo au-
 tem quod datus, &c. pag. 612. & in secunda secunde, quest.
 100. art. 6. ad sextum, & Dominic. Soto lib. 9. de iustitia
 & iure, quest. 8. art. 1. pag. 826. vbi addit praeterea, quod
 in priori casu, nempe cum collatio beneficii sit sub pa-
 cto de aliquid ob id dando, est nulla, etiamsi pretium
 non tradatur, sed tantum promittatur, quia secundum
 assertionem Sancti Thom. datur rem spirituales
 pro aliquo temporali obsequio exhibito vel exhiben-
 do, symonia est, quia illic est expressa emptio & ven-
 ditio: qui enim credito vendit, vere vendit: Collatio
 namque non dependet ex futuro contingenti, sed sup-
 posito pacto protinus absolute fit: quare iam inde est
 symonia, quicquid postea subsequatur, videlicet, siue
 pretium soluat, siue secus: alias nunquam sub polli-
 citatione committi posset vsura: quod est falsum, sed in v-
 troque casu Caietani supra relato committi symoniam
 subiectam censuris Ecclesiae, iuxta iuris obseruantiam,
 semota Curiae consuetudine, tenet & probat Palatio
 in sua praxi Theolog. de contract. lib. 2. cap. 7. pag. 143.*

Supradictis tamen non obstantibus contrarium
 est in praxi tenendum, imo quod neque nullitas tituli
 siue collationis beneficii Ecclesiastici inducatur nec
 excommunicatio incurrat per symoniam conuen-
 tionalem, nisi reuera realis efficiatur, nempe per veram
 & actualem traditionem beneficii, itidem & dationem

pecuniae vel alterius rei temporalis pro spirituali; ita
 quod traditio siue collatio beneficii, per pactum solum
 symoniacum non sufficiat, si res temporalis itidem non
 tradatur contra Caietanum & Sotum *vbi supra* nec
 etiam traditio pretij conuenti, vel alterius rei tempora-
 lis pro spirituali, nisi collatio beneficii fiat: Itaque vtru-
 que copulatiue requiritur ad hoc, vt collatio beneficii
 per symoniam factam sit nulla, & sententia excommu-
 nicationis incurrat. Pro qua sententia ponderat *tex.
 in d. extrag. cum deservibile, in §. per electiones, ibi. Dando
 vel recipiendo symoniam commiserim: Nam cum loquatur
 non magis de donatione vnus, quam datione alterius:
 & Caietanus & Sot. vbi supra, fateantur, non sufficere
 dationem pretij, nisi ad dationem beneficii perueniat-
 tur, eadem ratione cogendi sunt dicere, non sufficere
 dationem beneficii sine datione pretij vel alterius rei
 temporalis, vt praedicta poenae incurrantur.*

Praeterea tunc quid sit de iure, stylus Rotae Roma-
 nae praedict. extragantem interpretatur est atque recepit,
 quoad eius poenas in sola symonia reali, non vero
 in conuentionali, & quod si aliter verba sonent, fal-
 tem quoad tuitionem conscientiae, sufficit hanc in-
 terpretationem fuisse vsu praescriptam, & qua adhuc
 non disceditur in Palatio: quia si non seruans vsu pra-
 cepti, non peccat, vbi est varietas opinionum, *vt in cap.
 Capellanus in nota gloss. de feris, & ibi Ant. de Butr. hoc
 tenet, licet forte quis sequatur fuerit opinionem non
 veram, & postea pro tali probatam, vel non subtiliter
 loquentem aut inuestigantem, minus ille, qui com-
 muni iudicio nititur, vt dicit gloss. in cap. omne verbo, de
 catero, de postulat. Pralat. in 6. cum de temeritate t argui
 non possit, qui sequitur maiorum sensum, vt in cap. ne
 imitatis, de consuet. & ibi Innocent. vnde magis exculatur
 qui sequitur & tenet, quod in Romana Curia obseruatur,
 vbi arguitur Papa scientia & intelligentia aut fal-
 tem tolerantia: quam obseruantiam omnes provin-
 ciales sequi debent, vt in §. fin. Institut. de satifac. & in
 c. cum non liceat, de maior. & obed. cap. fin. de sponsa duo-
 rum: hoc namque plus est, quam sequi communem opi-
 nionem, quae in dependentibus ab interpretatione
 prudentium tunc plene excusat & sequenda est, nec ab ea
 recedere licet, nisi sit euidenter falsa, *vt in cap. prudentiam,
 de offic. delegat. cum similib. Ita haec omnia latius de-
 ducit Gulierm. Cassiad. de consuet. decisijs, per tot. hanc
 partem probans atque professus, quod ita antiquiores
 patres, vt audit & moderni intelligunt d. extrag. &
 quod pia videtur haec maiorum interpretatio, & forsitan
 temporibus conditoris recepta, propter periculum ani-
 matum, cum contraria sit dura nimis & animabus ma-
 xime periculosa, praemaxime, quia tempore nostro
 pauci enaderent talem sententiam: quem refert & se-
 quitur Gomez in *reg. de triennal. possess. quest. 12. in fin. &
 licet ipse expressus non loquatur, quam supra visum
 est, nostram tamen de hac re sententia expressor est eor-
 um mente colligitur, quatenus affirmat, collationem
 per conuentionem symoniacam factam valere: Nam
 per collationem beneficii ipsum beneficium datur &
 tamen pretium non traditur: quia ipsi praesupponunt,
 quod symonia sit conuentionalis, quia facta est colla-
 tio. Et ita eos intelligi, illos sequutus, quoad interpre-
 tationem d. extrag. de hac Couar. in *reg. peccatum, 2.
 part. elect. §. 8. num. 7. de reg. iur. in 6. dicens, quod illa
 constitutio vete tunc obtinet quoad poenam priuationis
 ipso iure & excommunicationis, cum datio spiri-
 tualis & temporalis iam praecesserit: quasi non sufficiat,
 quoad illius constitutionis poenas, symoniam commil-
 sam esse per traditionem rei spiritualis & temporalis pro-
 missionem: & optime Nau. in *repet. c. si quando, de refer.
 excep. 4. & in comm. super c. fin. n. 28. & seq. de sym. & in
 Man. Hispan. c. 23. n. 105. & in c. 23. n. 112. & in L. 1. c. 23.
 num.*****

mi. 103. & 104. & Ignatius Salz ed. in addit. ad Bernard.
 Diaz in *praxi crimin. canonic. cap. 8. incip. symoniaci*, vbi
 reprehendit Rebuff. *vbi supra*, contrarium tenentem:
 & quod eidem consuetudini Romanae Curiae, si adhi-
 standum sit, tenet Palat. *vbi supra*. Nec contra hanc opi-
 nionem obest, quod collatio beneficii pure facta (cum sit
 actus legitimus) non potest esse in pendenti, sed statim
 aut valet, aut est nulla, *argum. text. in c. 2. de elect. in 6.
 & eorum, quae tradit late Feli. in c. constitutum, de refer. script.
 nec etiam excommunicatio, vt in cap. ad hec quoniam, de
 appellat. Ad secundum, supradictam secundam & tenen-
 dam sententiam, collatio pure facta, cum pacto dandi
 centum ad finem anni aliudve tempus, in pendenti esse
 fer: Si enim pecunia non soluat, vel aliud temporale
 conuentum, interim quod non soluitur, valet, si sol-
 uatur, non valet iam inde a principio: idemque est in
 communicatione dict. extragantis: hoc autem esset
 absurdum & contra ius: Igitur, &c. Na respondeo, nul-
 litate tituli & excommunicationem in praed. casu non inde
 ab ipso tempore datae tituli incurri, sed a tempore symoniae
 ab vtraque parte praefactae nisi contrarium seruaret stylus
 antiquus cui standum est *secu. Nau. vbi supra*. Ex quo ipse
 infert, t quod clericus celebrans post completam ab altera
 parte symoniam, & ante implemum alterius, non incurrit
 irregularitatem, saltem quoad forum conscientiae, vt ibi per eum.
 Caetera etiam fundamenta contrariae partis iam cessant ex adductis supra pro hac secunda, &
 rationib. D. Soti satisfacti nuncupati Nauar. *vbi supra*.
 Nam cum translatio Domini beneficii per symoniam
 collati impediatur non iure naturali, nec diuino, sed
 humano tantum Ecclesiastico, vt Dominic. a Soto *vbi
 supra, recte* fatetur: & idem est dicendum de translatione
 pretij per symoniam dari, secundum Abb. in *cap. fin. n. 7.
 de symon.* Caietanus in *summa, verb. symonia, & in secunda
 secunde, qu. 1. 10. art. 6. Syluester, verb. symonia, questio-
 20. communis secundum Nauarum vbi supra, dicto cap. 23.
 catenus est dicendum, praedictas poenas incurri,
 quatenus iure humano id exprimitur: sed nullo iure est
 expressum, quod magis incurrat per symoniam con-
 uentionalem, completam ex parte dantis spirituale tan-
 tum, quam completam ex parte dantis temporale tan-
 tum: Ergo ab vtraque parte debet esse impleta, vt vsus
 iudiciorum accipit, nec sufficit magis, quod ab vna tan-
 tum sit impleta, quam ab altera ad hoc vt incurratur
 praedictae poenae, quamvis alias punibilis sit arbitrarie.
 Et post primam huius operis editionem, vidi supra-
 dictam nostram sententiam cum Cassiadoro & reliquis
 tenentem Petrum ad Nauar. *lib. 2. de rescript. cap. 2. num.
 420. cum sequentibus*, dicentem, quod quamvis de
 rigore iuris, contraria sententia sit verior, vt vbi pro-
 bat: attamen quod praediximus, obseruat communis
 praxis & stylus in Curia, secundum Nauar. & ita esse
 tenendum.**

Et cum hic casus iam in praxi contingeret, lateque
 esset discussus articulus hic in iudicio, me praesente fuit
 iudicatum, seruandum esse praed. stylum Curiae Roma-
 nae, t atque iuxta eum fuit pronuntiatum, clericum ob
 symoniam conuentionalem supradictam, cum ab vtra-
 que parte non esset completa, quamuis ab vna fuisset
 adimpletum, minime in vllam incurrisse excommuni-
 cationem, siue abique vlllo dabo est tenendum.

4 Celebrans tempore interdicti, efficitur irregularis, non
 vero qui celebrat tempore cessationis a diuinis, quam-
 uis multi in hoc vltimo contrarium teneant, vt in nu. 8.
 5 Significatio propria & genuina huius dictionis, Cessa-
 tio, plane inducere videtur cessationem penitus a diu-
 nis, eam, quae distinguitur a prohibitione illa, quae per
 interdictum decernitur.
 6 Episcopus tempore cessationis a diuinis potest celebrare,
 vt quilibet sacerdos tempore interdicti.
 7 Equiparatio cessationis a diuinis & interdicti genera-
 lis, non in omnibus procedit sed in casu tantum, de quo
 in Clem. 1. de sententia excommunicationis.
 8 Irregularitas non contrahitur, nisi in casibus tunc expressis.
 9 Interdictum generale relaxatur in quibusdam festi-
 uitatibus hic expressis: non sic cessatio a diuinis: sed con-
 trarium est verius, vt in num. 12.
 11 Cessatio a diuinis durante, nulla die, nullo casu, nul-
 loque modo Missae aut officia diuina celebrari permitte-
 bantur ante decisionem text. in c. calina mater, §. in festi-
 uitatibus de sententia excommunicationis, lib. 6.

CAPVT X

De interdicto Ecclesiastico, cessationeque a diuinis

Quamuis olim fuerit constitutum, vt in tertis seu
 locis Ecclesiastico supposito interdicto, nulla
 (certis casibus & Sacramentis exceptis) diuina cele-
 brarentur officia vel ministrarentur Ecclesiastica Sa-
 cramenta; hodie tamen iustissimis ex causis concessum
 est, quod singulis diebus in Ecclesijs & monasterijs
 Missae celebrentur, aliisque dicantur diuina officia, si-
 cut prius: submissa tamen voce, ianuifque clausis, ex-
 communicationis ac interdictis exclusis, & campanis etiam
 non pulsatis, vt cauetur in cap. alma mater, §. aduicimus,
 de sentent. excommunic. lib. 6.

Summopere tamen concertatum est inter nostras:
 An tempore cessationis a diuinis, sit locus dicto §. adu-
 icimus, eiusque permissioni iam supra relaxata, nempe, vt cele-
 brari possint diuina officia tempore cessationis a diuinis, i-
 anuis clausis, excommunicatis & interdictis exclusis, obijce
 campanarum pulsationes? Et quia quae stio haec, quamuis
 controuersa, dilucide atque sigillatim examinata est a
 doctissimo D. Couarruaia in dicto cap. alma mater, 2.
 parte relect. §. 4. num. 7. breuiter vnamquamque partem
 fundando, quid tenendum sit, indicabo, caetera consul-
 to omittam apud eundem latius videnda. Et quidem
 pars affirmatiua ei primum innititur fundamento quod
 cessatio a diuinis, & interdictum generale, in iure, acqui-
 parentur quoad ipsius obseruantiam, text. in cap. non
 est nobis, de spons. text. in Clement. 1. versic. quod etiam,
 de sententia excommunic. Ergo quemadmodum tempo-
 re interdicti generalis habet locum d. permisso proce-
 det etiam tempore cessationis a diuinis: argu. l. illud,
 ff. ad legem Aquil. cap. translat. de consuet. & cap. si post-
 quam, de elect. in 6.

Secundo, quia ratio, quae mouit Summum Pontifi-
 cem in dict. §. quia vero, vt hac praemissa forma, tempore
 interdicti diuina celebrarentur officia, nempe, quia ex
 obseruantia contrariorum statutorum exercebat de-
 uotio populi, pullulabant haereses, in finitaque pericula
 animarum insurgebant, ac Ecclesiae sine culpa eorum
 debita obsequia subtraherentur, eadem omnino in ces-
 satione a diuinis obtinet, vt patet: Ergo & tempore ces-
 sationis a diuinis decisio ac permisso d. §. aduicimus, ser-
 uari debet. Ex t ratione namque expressa in l. vel qua-
 cunque alia constitutione, licita est extensio ad casum
 omnium, vbi eadem ratio concurret ac militat, iuxta
 gl. in Clement. 1. verb. eligatur, de elect. vbi etiam in

correctoris loquitur, cuius sententiam in hoc ta-
 statur communem Iaf. in *auben. quas actiones*, num. 22.
 C. de sacrosanct. Eccles. Decius in *cap. at si clerici*, §. de
 adult. ius, col. 8. num. 10. de iudic. sequuntur plures relati
 per Tiraquellum de *causa cessante*, prima parte, num. 153.
 testatur communem in *summa* referens Menchac. de *successi-*
creat §. 22. num. 52. col. 3. & 4. illius num. & Antonius
 Goum. 1 tom. *variar. resolut.* cap. 5. num. 11. D. Molin.
 lib. 1. de *Hispan. primogen. c. 5. nu. 10.* Et sequitur plures
 referens D. Couar. *ubi supra*, ubi hoc precipue proce-
 dere affirmat, si constitutio prad. sit anime, & saluti
 spirituali favorabilis, secundum Abb. & Præpos. in *cap.*
ex tenore, qui filij sint legitimi. & alios ibi ab eo allegatos,
 & in 4. de sponsal. 2. parte, cap. 6. in princip. nu. 12. Perus.
 cap. *si autem* cunctis, de elec. lib. 6. Bart. in *auben. Sacra-*
menta puberum, num. 19. vers. pro eius declaratione, C.
 si aduers. vend. & ibi Iaf. num. 72. & Curt. Iun. num. 82.
 Felinus in *cap. in ransato*, col. fin. de consit. nu. 13. gloss. in
 cap. *si autem* cunctis, verb. ab eis, de elec. lib. 6. & in cap. fin.
 eod. tit. & libro, quos refert & sequitur Abb. consil. 114.
 num. 5. secunda part. consil. est communis opinio secundum
 Aucend. 2. parte, c. 27. prat. num. 13.

4 Tertio, quia maius vinculum habet interdictum
 generale, quam cessatio à diuinis: Nam celebrans tem-
 pore interdicti generalis, non seruata forma dicit. capit.
alma mater, §. adiciamus, efficitur regularis, ut in cap. is
 qui, §. is vero, de sensen. excomm. in 6. c. 1. de pñsul. pral. At
 vero celebrans tempore cessationis à diuinis, etiam gen-
 eralis, & ab eo decretis, qui poterat interdicti sententia
 pronuntiare, non est irregularis, iuxta gl. communi-
 ter approbatam in cap. si canonici, verb. cessare, de offic.
 ordin. lib. 6. Quæ licet loquatur in celebrante tempore
 cessationis à diuinis particularis, erit tamen extenden-
 da ad generalem cessationem, vti docent Anton. Imol.
 Perus. Præpos. Abb. n. 8. Decius, & communis in cap. di-
 lectis, de appellat. Syluest. in *Summa* verb. cessatio, §. 5. Do-
 minicus à Soto in 4. distict. 22. q. 3. art. 2. ad fin. Sequit-
 ur & testatur magis communem & benigniorem, & que
 in disputatione defendi optime possit, plures referens
 D. Couar. in d. cap. alma mater, 2. parte, relect. §. 2. nu.
 3. in versio. ad questionem iuratur, Curiel in tractatu de cessat.
 à diuinis, col. 4. fol. 11. Borgall. de irregularitat. 6. part. tit.
 de sententia suspensionis, n. 8. Margall. de horis canonicis, fol.
 16. Alfonso Aluarez Guerrero in *theaur. Christian relig.*
 cap. 37. nu. 11. Nauar. in *Manuali Latino*, cap. 27. num.
 188. Ergo licitum erit celebrare diuina officia tempore
 cessationis generalis, seruata forma dicit. cap. alma mater,
 §. adiciamus. Et in terminis hanc partem tenet Archid.
 in dicit. ca. si canonici, in princ. & ibi ceteri Doctores Ioa.
 in *Summa confess.* tit. 33. qu. 221. Gondisal. à Villadieg.
 & Palud. relati à Couar. *ubi supra*, dicit. §. 4. num. 7. vers.
 5. Syluest. in *Summa*, verb. cessatio, Floren. in 3. part. tit.
 26. c. 3. Cardin. in dicit. Clemens. 1. §. in cessationibus
 Curiel *ubi supra* plures allegans, & Nauar. d. c. 27. n. 189.

Nihilominus tamen his omnibus non obstantibus,
 contraria sententia, imo quod tempore cessationis à di-
 uinis, nullo modo liceat celebrare officia diuina, etiam
 seruata forma dicit. e. alma mater, §. adiciamus, verior est
 & tenenda atque consuetudine obtenta: primo, per
 tex. in dicit. e. non est vobis, secundum communem eius
 interpretationem, de sponsal. ibi, Nulla diuina officia ce-
 lebrantur, & in c. irrefragabili, §. ceterum, de offic. ord. cap.
 dilectis, vers. sic verum, in dicit. vers. prater ea, de appellat. &
 in dicit. cap. si canonici, & in cap. quædam, de offic. ord. in
 6. Et tamen nullibi huic veteri iuri derogatum est. Ne-
 que obstat, quod in interdicto generali hoc sit stabili-
 tum, vt seruata forma dicit. capitul. alma mater, §. adici-
 mus, possint officia diuina celebrari, ac proinde idem
 videbatur dicendum in cessatione à diuinis, ex supra
 adductis pro priori parte: Quoniam longa differentia

est + in proposito inter cessationem à diuinis & in-
 terdictum: significatio enim propria genuina huius di-
 ctionis, Cessatio, plane videtur inducere penitus cessa-
 tionem à diuinis eam, quæ distinguitur à prohibito-
 ne illa, quæ per interdictum decernitur: Interdictum
 namque prohibet officiorum diuinorum celebratio-
 nem penitus quibusdam statutis contravenientibus: Cessa-
 tio vero inducit omnino suspensionem officiorum
 officiorum ab interdicto distinctam, & quæ præcipue
 ad factum, non ad iuris effectus refertur, alioquin non
 diuersis nominibus nuncuparentur, si idem esset cessa-
 tio à diuinis, & interdictum: arg. l. si idem, C. de codic.
 de appellat. col. 1. dum illum tex. intelligens in cessatio-
 ne à diuinis, adnotauit, non esse permissum eo tempo-
 re, quod Episcopus celebraret indistincte, sed certa for-
 ma, nempe ianuis clausis, interdictis & excommunica-
 tis exclusis, cap. ult. de privileg. in 6. Ergo pro locum ab
 speciali, contrarium denegatur aliis clericis.

Secundo + facit doctrina Ioa. Andr. in cap. dilectis,
 de appellat. col. 1. dum illum tex. intelligens in cessatio-
 ne à diuinis, adnotauit, non esse permissum eo tempo-
 re, quod Episcopus celebraret indistincte, sed certa for-
 ma, nempe ianuis clausis, interdictis & excommunica-
 tis exclusis, cap. ult. de privileg. in 6. Ergo pro locum ab
 speciali, contrarium denegatur aliis clericis.
 Quare hanc partem negatam merito probant Curiel
ubi supra, in tractatu de cessat. a diuinis, col. 5. fol. 11.
 Margall. etiam *ubi supra*, fol. 17. & D. Couar. in dicit. cap.
 alma mater, 2. parte, relect. §. quarto d. num. 7. affirmans,
 eam plerique veritorem videri, & quod etiam si iure ve-
 rior esset opinio eorum, qui censent contrarium, nihilominus
 hæc secunda negatiua prior est, propterea
 quod fuerit consuetudine recepta: Et enim iam diu ob-
 tentum est, penitus cessandam esse ab officiis diuinis
 tempore cessationis, nec ea posse celebrari iuxta formam
 d. §. adiciamus, quicquid Margall. de horis canonicis *ubi sup.*
 fol. 15. pag. 1. dicit in claustro Salmanticensi determina-
 tum fuisse anno 1523. contrarium, & in ciuitate Sal-
 mantina fuisse tunc seruatum; Contrarium siquidem
 iuxta hanc partem negatiuam fuit tunc ibidem vt ac-
 cepimus, decretum sæpe ac sæpius idem & obseruati.

Non obstat + primum fundamentum contrarie par-
 tis, nempe dicit. Clemens. 1. de sententia excommunicationis,
 ubi equiparantur cessatio à diuinis, & interdictum
 generale; Quia ea æquiparatio non in omnibus pro-
 cedit, sed in illo casu tantum, de quo rex. ille agit, nem-
 pe, vt religiosi etiam exempti sequantur matricem Ec-
 clesiam cessantem Cathedralem aut parochialem, alias
 sint excommunicati ipso facto, quod si post excommu-
 nicationem incursum celebrauerint, incurrent irregu-
 laritatem, de qua in cap. is qui, §. fin. de sententia ex-
 communicationis, lib. 6.

Secundum etiam non obest, quia dictio, Cessatio,
 propria significatio repugnat, vt est prædictum.

Tertium + fundamentum prioris partis ex eo dilui-
 tur, quod quam plurimi contrarium teneant, nempe ce-
 lebrantem tempore cessationis generalis ab eo indictæ,
 qui poterat interdici, esse irregularem, quos in vnum
 congerit Didacus Conarruias *ubi supra*, §. 2. num. 3. di-
 cens, hanc esse fortasse veritorem, si consideremus
 mentem canonum prohibentium censuræ Ecclesiasti-
 cæ violationem, maxime eo casu, quo quis celebra-
 uerit officia publicè ianuis aperta, tempore cessationis
 à diuinis generalis: quod magna quidem cura cauend-
 um est, nec temere in hac controuersia iudican-
 dum, propter plura, quæ imminent, contracta ir-
 regularitate, pericula: quam sententiam etiam probauit
 Simon Maiolus de irregularitate, lib. 3. c. 11. vers.
 hæc autem.

Quinimo, etiam si teneamus magis receptam senten-
 tiam contrariam affirmatiuam, nempe celebrantem
 tempore cessationis à diuinis, etiam generalis, non esse
 irregularem, non eo conuincitur, licitam esse ipsam
 celebrationem seruata forma, quæ in interdicto requi-
 ritur, ad c. alma mater, §. adiciamus, quandoquidem nul-
 lo iure inuenitur permissa, sed potius prohibita: Nec
 enim

enim quod tempore interdicti sit permissa, idem cen-
 sendum erit tempore cessationis, cum longa differen-
 tia vt inter vtrumque, vt est prædictum, quamuis ce-
 lebrans tempore cessationis, mortaliter peccet & gra-
 uiter paniri possit ac debeat: at vero quod tempore in-
 terdicti generalis celebrans non seruata forma iuris,
 efficitur irregularis est expresse cautum ab eodem iure,
 vt probatum existit in præd. tertio fundamento
 prioris partis, quod non sic inuenitur in celebrante
 tempore cessationis à diuinis: Cum + tamen irregula-
 ritas non contrahatur, nisi in casibus à iure expressis,
 iuxta tex. in cap. is qui, in princip. de senten. excomm. lib.
 6. & iradita per Tiraquell. in l. si unquam, verb. reuertar-
 tur, num. 251. C. de reuocand. donat. Nauar. in *Manual.*
 Latino, cap. 27. num. 194. D. Couar. in *Clem. si furiosus*, in
 princ. 1. partis, de homicid.

10 Ex supradictis + deduci videtur, non esse locum in
 cessatione à diuinis constitutioni dicit. cap. alma mater,
 quatenus in §. in festiuitatibus, à iure relaxatur atq; suspen-
 ditur interdictum generale in festiuitatibus Natiui-
 tatis Domini nostri Iesu Christi, Pascha Pentecostes
 & Assumptionis Beatae Mariæ semper Virginis, excommu-
 nicatis exclusis, sed interdictis admisis, vt ad hu-
 militatis gratiam & reconciliationis affectum facilius
 inclinentur: quibus hodie addenda est festiuitas Cor-
 poris Christi, vt per Urbanum Papam IV. Martin. V.
 Eugen. IV. in extrauag. eiusdem Eugenij extra com-
 munes: que relaxatio incipit à primis Vesperis festi, vs-
 que ad Completorium eiusdem diei festi, hoc est, post
 secundas Vesperas: sed in festo Paschatis incipit à Missa
 vigilia, saltem ab initio gloriæ, quando pulsantur cam-
 panæ & finitur in vltimo Completorio vltimæ diei Pa-
 schatis, aut diei Assumptionis, vt tradit Sot. in 4. distict.
 22. q. 3. art. 1. pag. 967. ad si. cum tex. in d. §. in festiuitatibus,
 tantum loquitur in interdicto + generali: non vero in
 cessatione à diuinis, quæ multum ab illo differt, vt su-
 pra probauimus: & ante illum tex. tempore cessationis
 à diuinis, nulla die, nullo casu, nulloque modo Missa aut
 officia diuina celebrari permittebantur interim, quod
 cessatio durat, vt in d. e. non est vobis, de sponsal. & in d. e.
 irrefragabili, §. ceterum, de off. ord. & in d. dilectis, cum
 similib. supra allegat. & quod non mutatur, quare stare
 prohibetur, vt in l. precipimus, C. de appellat. cum similib. quo
 fit, vt hæc opinio admodum probabilis sit atque in dis-
 putatione facillime defendi potest secundum Couar. in
 d. e. alma mater, 2. par. relect. §. 5. nu. 3. quamuis ipse con-
 trarium teneat, vt paulo post dicemus: sequitur Mar-
 gall. *ubi supra* fol. 17. pag. 1. & fol. 23. & 24.

12 Nihilominus contrarium, vt tanquam verius, existi-
 mo tenendum, imo quod licet dicit. §. in festiuitatibus,
 loquitur tantum in interdicto generali, idem dicen-
 dum sit in cessatione generali: Primo ex identitate ra-
 tionis in proposito, ex quo idem sensisse videtur atque
 credendum est, Pontificem in cessatione ob reueren-
 tiam dictarum festiuitatum, & vt fideles Christiani hoc
 diuino solatio recreati ad humilitatis gratiam & reco-
 cillationis affectum facilius inclinentur: tum præterea
 quod cessationi à diuinis non omnino derogatur,
 etiam si in his festiuitatibus diuina officia celebrantur,
 sicut nec interdicto, hæc siquidem celebratio tempora-
 ria est ad hos dies festos restricta, quandoquidem ma-
 net cessationis vis his diebus transactis, & ita hanc par-
 tem, vt potiorerem, admittit D. Couar. *ubi sup.* & audio
 secundum eam Salmanticæ anno 1584. Vniuersitatis
 claustrum praxin seruasse in festo Corporis Christi.

S V M M A R I V M

1 Episcopus potest concedere monitorias generales, hoc est,
 charitas de descommunion, ad instantiam cuiuscunque
 petentis.

- 2 Decret. 3. de reformatione, Sessio 25. Sacri Concilij
 Trid. in idem expenditur.
- 3 Solum Episcopus potest decernere prad. monitorias gene-
 rales, alij vero inferiores minime.
- 4 Nuntius Apostolicus legatus à latere cum ordinariam
 iurisdictionem habeat in provincia sibi commissa, eas
 decernere potest, & num. 5.
- 5 Legati à latere officium non expirat per mortem Papa
 eum mittentis.
- 6 Legatus à latere potest dispensare in omnibus casibus, in
 quibus quilibet ordinarius sita provincia.
- 7 Legatus à latere omnia videtur posse, quæ Papa sibi spe-
 cialiter non reservauit, quia eius vicus gerit.
- 8 Promisor seu vicarius generalis, cuiuscunque Episcopi
 siue Archiepiscopi prad. monitorias generales decerne-
 re potest, & quomodo interpretati hoc sunt Illustriss.
 Card.
- 9 Promissores ac officiales generales rite deputati à capitulo
 sede vacante, idem possunt.
- 10 Capitulum sede vacante succedit generaliter in iurisdi-
 ctione prelati sui, & etiam in administratione tempo-
 raliu & spiritualium, & habet iurisdictionem ordi-
 nariam à iure communi, postquam iudices dare ac
 constituere, & omnia, quæ ad iurisdictionem pertinent,
 expedire.
- 11 Indicare furem iure ciuili tenetur quis, quôdo iudex pro-
 cedit ex officio suo, consistente in ipsomet, quod habet
 vt debeat purgare provinciam malis hominibus secus,
 quando procederet ad instantiam partis, seu ex officio
 consistente in parte: sed de iure canonico, & attenta
 praxi communi Ecclesie, indistincte indicare tenetur,
 num. 13. & seq.
- 12 Indicandi an sint ibi, qui occulte iniuriam irrogauerunt
 aut damnum dediderunt, admonitorias generales? &
 num. 14.
- 13 Sacerdos etiam ad satisfaciendum damnum passo com-
 pellendus non est ad reuelandum furem, qui sibi id in
 penitentia confessus fuit, vide in nu. 74. ubi quod nullo
 modo reuelare debet, nisi, &c.
- 16 Iudex ad petitionem partis lesæ potest auctorem damni
 occultum generaliter excommunicare: quinimo si illud
 sciat in confessione, potest eum indeterminate arguere,
 non vero nominatim, sed in genere à communionem
 remouere, quia nec Christiani Iudam à communionem
 remouit.
- 17 Iudex requisitus omnino tenetur impartiri officium suum
 etiam nobis consistens in ipsomet iudice.
- 18 In foro Ecclesie non seruantur apices iuris.
- 19 Iudex dicitur procedere ex officio suo puro & mero, quô-
 do nemo petis seu desert.
- 20 Correptio fraterna (quando ipsa est necessaria) præce-
 dere debet, antequam quis reueletur ad monitorias, &
 num. 73.
- 21 Quando precipitur sub excommunicatione, vt qui scru-
 uerit talem rem, eam per denuntiationem manifestet,
 intelligitur de eo, quod quis scit & probare potest: nisi
 pralatus is sit, qui prodesset potest & non nocere: in se-
 creto tamen tenetur quis reuelare pralato, vt corrigat
 occulte, tanquam patri, si hoc in hoc intelligat facere
 pralatus, num. 22.
- 23 Nemo tenetur promulare in secreto nec in apperto ex-
 pensis suis, nempe si oporteret ire alibi ad propalanda.
- 24 Denuntiatio, quæ fit per monitorias, dicitur iudicialis
 ad quam non requiritur monitio nec correptio, sed con-
 tra ibi & nu. 71.
- 25 Reuelare quis non tenetur, quod facere non potest sine
 magno sui detrimento, vt latius hic.
- 26 Iussu sub pena excommunicationis, non denuntias imp-
 pedimentum, quod scit subesse inter volentes contrahere
 matrimonium peccat mortaliter.

- 27 Modus denunciandi impedimentum occultum, quod ex peccato nascitur, est, ut prius de illo secreto impedimento moneat, ut ab illo matrimonio desistat, quod si noluerit facere, denuntiet superiori aut alteri, qui impedire possit, quamvis id probare non possit.
- 28 Vnus testis sufficit ad impedendum matrimonium novum contractum, quando iuramentum de ipso contrahendo non interuenit: is tamen testis sciens ex sua manifestatione magnum scandalum sequitur, ad demerendum non tenetur, nu. 29.
- 30 Parochus celebraturus matrimonium, sciens votum simplex alterius contrahentis, quid facere debeat?
- 31 Vnus testis ita demum sufficit ad impedendum matrimonium contrahendum, quoties cum iuramento assereret id certo scire, aliqui unus testis etiam iuratus de auditu cum altero assequente iuramento de certa scientia non sufficere, ut nu. 32.
- 32 Fama sola impedimenti duobus testibus probata sufficit ad impedendum matrimonium contrahendum.
- 33 Testis unus de auditu ad impedendum matrimonium contrahendum sufficit, si circa impedimentum testificetur iuxta formam a canonibus expressam.
- 34 Monitoria generales concedi possunt etiam contra testes qui veritatem sciunt de aliquo negotio & eorum nomina ignorant, & nu. 37.
- 35 Monitoria generales concedi possunt in omnes impediens testes produci in causa nota.
- 36 Monitoria generales decerni possunt contra habentes vel scientes, quis habeat has vel illas scripturas: limitatur, ut hic.
- 37 Reus interrogatus de crimine an illud commiserit, quando contra se veritatem dicere tenetur, & nu. 42.
- 40 Hereticus oculus interrogatus ab inquisitoribus verum sciat aliquem hereticum esse, an tenetur se prodere?
- 41 Rei contra ius requisitus possunt ac debent quacunq; vti amphibologia resisti sermonis circa mendacium.
- 43 Copia indiciorum an sit danda a iudice reo, ad hoc, ut ipse tenetur dicere contra se veritatem? & nu. 44.
- 45 Index causet ne non rite procedat interrogando reum illicite & non legitime, quia alias damnet animam suam.
- 46 Non debet fieri aliquid ex solo zelo iustitiae, nisi subsit iudicium rationis.
- 47 Sciens aliquid, quid sibi sub sigillo & fide secreti dictum est, non debet id reuelare ad finem punitionis, nisi in delictis, in quibus inquisitio fit & reuelatio exigitur ad providendum malo presenti vel imminenti, ut in nu. 48, prater quam in casu posito in nu. 52.
- 49 Secretum confessionis sacramentalis nullo modo etiam ad salvandum totum regnum reuelandum est: nec etiam in causa matrimoniali ad id compellendus est sacerdos, ut in nu. 50 & n. 74, ubi limitatur.
- 51 Confessarius non debet reuelare hereticum sibi confessum nolentem poenitere alios prodere.
- 53 Heretici occultis prostris sunt indicibus Apostolicis hoc est, inquisitoribus indicandi, nulla praecedente correctione fraterna, etiamsi seve compertum sit, quod per solam correctionem respiciant, quia eisdem non est fidendum.
- 54 Coniux, descendentes & alij, qui iure non tenentur testificari contra alterum nec propalare ob monitorias, & nu. 55, quomodo intelligitur.
- 56 Vasallus excusatur a propalando contra Dominum.
- 57 Filius patrem hereticum occultum accusare aut iudicibus indicare non tenetur, duobus casibus exceptis, de quibus hic.
- 58 Advocatus, Medicus, Confessor, Obstetrix & alij similes non tenentur reuelare secretum cum eis communicatum ad preceptum superioris, nec id debent facere, nisi in casibus, de quibus hic.

- 59 Monitoria generales concedi debent pro occultis, in quibus alias non patet probatio; secus pro notis.
- 60 Monitoria generales concedi non debent pro re leui, & an lata pro ea ligent? & nu. 61.
- 62 Causa, que dicitur parua & qua magna, relinquitur arbitrio iudicis.
- 63 Monitoria generales facilius pro pauperibus pro re parua, quam pro divitibus concedenda sunt. Modicum dicitur respectu personarum.
- 64 Causa magna dicitur respectu personarum.
- 65 Nam inter aliquos causa decem librarum esse magna, & inter alios causa centum Florenorum esse parua.
- 66 Monitoria specialia contra certas personas pro minori summa concedi solent.
- 67 Excommunicatio generalis lata in scientes factum, & non reuelantes, non obligat eum, qui aliquid accepit sine scandalo in recompensam certi debiti liquidi sibi esse iustitia, quod alio modo non poterat recuperare, nec etiam obligat id sciens, modo pro comperto habeant pro debito legali res illas fuisse substractas: secus tamen si dubitarent, licet subspiciens id assereret iuxta fidem & virtute apud eos pallet, ut merito propter eius dictum certi efficiantur: quod procedit etiam si Episcopus iubeat reuelare eos, qui rem illam pro recuperatione sui debiti acceperint, quia huiusmodi monitoria continent errorem intolerabilem, ac proinde non valent, ut in nu. 68. Ampliatur in errore aliquo suspiciente de bonis mariti prad. modo, nu. 69, ubi quod debet cauere, ne iterum sibi debitum solatur.
- 70 Vxor poterit occulte & sine scandalo de bonis mariti solvere debitum ipsius, etiam contra eius voluntatem.
- 71 Reuelare non tenetur admonitorias, qui aliquid audiuit a leuib; personis non sibi dignis, ut hic.
- 72 Excusatur a reuelatione facienda aliquid sciens, si, a quo sciuit, denuntiet.
- 73 Reuelare quis non tenetur peccatum secretum, si reus est omnino emendatus, vel cum correctione fraterna speratur emendatio.
- 75 Edicta quae leguntur in visitationib; circa peccata manifestanda, intelliguntur de publicis, non vero de occultis.
- 76 Monitoria criminosis respondendum non est: nec quando praestitit pactum in contrarium, ut in nu. 77.
- 78 Excommunicatio regularur ab intentione excommunicatoris: idem est in excommunicatione generali, n. 79.
- 80 Monitoria generales intelligi debent civili modo, ita quod non quis ardeat ad impossibile: & excommunicatio fieri non debet pro debito contra eum, qui solvere non potest, nu. 81.
- 82 Praxis monitoriarum, & numeris seq.
- 84 Index Ecclesiasticus tenetur remittere laicum exeuntem ad monitorias, & allegantem rem tenere in isto titulo, ad suum iudicem, si hoc petatur: cognoscit tamen index Ecclesiasticus, an legitime propalauerit, vel non, n. 85, & seq.
- 90 Praxis procedendi in denuntiatione Evangelica, & n. seq.
- 92 Diaconus ex officio suo debet denuntiare excommunicatum nominatum, & eum facere evitare, quando sibi constat, & nu. seq.
- 94 Vnus testis quantum sufficiat quantum ad excommunicationem in genere, secus tamen est quantum ad excommunicationem in specie & nominatim.

C A P V T X I.

De monitoriis generalibus earumque praxi.

Episcopus tunc ad instantiam cuiuscunque potentis potest concedere monitorias generales (vulgo, Cartas generales de descommunicatione dictas) contra detinentes res suas, ut nisi eas restituant intra certum tempus in eisdem literis assignatum, sint excommunicati, & etiam con-

tra

tra scient vbi vol apud quam personam tales res nunc sint, ut id propalare debeant, iuxta a glof. 1. Bart. Bal. Ang. & ceteros committere Doct. in l. civile, C. de fur. tex. in c. qui cum fure, de fur. vbi Abb. n. 2. dicit per illum text. iustificari posse sententias Episcoporum, qui quotidie subditos suos conscios furti admonent, ut debeant reuelare, & non reuelantes excommunicant. Steph. Aufr. in addit. ad Clem. 1. de off. ord. & in tract. de potest. Eccl. super facularis, vers. 3. incip. pro quolibet damno, n. 53. vol. 14. tract. diuers. Doct. fol. 404. Rota in nou. decis. 19. de dolo & contum. alias 444. incip. extra Rotam fol. 64. Bal. in c. s. sacerdos, statim in prin. de off. ord. gl. in Clem. dispendiosam, in verb. pramon. de iud. vbi Card. Imol. Anch. & alij notant, formamque ponunt: sequitur plures referens Io. de Neuzan. in sua Sylua. nupt. lib. 3. 28. vol. 6. tract. diuers. Doct. fol. 38. vbi in 58. iure idem probat, nempe ratione peccati, de quo solus Ecclesiasticus cognoscere potest, ut in c. noui. de iud. idem latissime iure probat Steph. Aufr. vbi supra in d. tract. de potest. Ecclesiastic. super laicus, & c. nu. 53. d. vol. 14. tract. fol. 404. sequitur Bernar. Diaz. in reg. 243. Quod hodie sacrum Concil. Trid. approbavit in sess. 25. c. 3. de reform. salutariter in his monitoriis formam seruandam praescribens in hunc fae modum.

2 Quapropter & excommunicationis ille, qui monitionibus praemissis, ad finem reuelationis, ut aiunt, aut pro perditis seu substractis rebus ferri solent, a nemine profusus, praeterquam Episcopo decernatur, & tunc non alias, quae ex re non vulgari, causaq; diligenter ac magna maturitate per Episcopum examinata, quae eius animum moueat, nec ad eas decernendas cuiusvis secularis, etiam magistratus auctoritate adducatur, sed totum hoc in eius arbitrio & conscientia sit positum, quando ipse pro re. persona aut tempore esse decernendas esse iudicauerit: Solus itaq; Episcopus potest decernere huiusmodi excommunicationes generales, & ut ibidem cauetur, quasi alij iudices inferiores eas ferre minime possint. Nuntius autem Apostolicus Legatus a latere ad prouinciam missus, ut vbi euellat & dissipet, & diffuset atq; plantet, cum sit ordinarius ordinariamque iurisdictionem habeat in prouincia sibi commissa & vn de per mortem Papae mittentis non expirat eius officium, ut in c. 2. inc. legatus, & ibi gl. pen. & committere Doct. de off. leg. 6. Gundif. a Villadieg. in tract. de legat. 1. par. quaest. 16. num. 112. volum. 14. tract. u. fol. 165. poterit iure optimo huiusmodi literas monitorias generales decernere. Sic & etiam legatus potest dispensare in omnibus casibus, in quibus Episcopus sive Archiepiscopus, sive Patriarcha, vel quilibet ordinarius suae prouinciae, quia ipse ordinarius est in ea, vt prope vices Domini Papae gerens, & plenissimam & maiorem post principem in ea habet potestatem, ut inquit Specul. in tit. de legat. §. consequenter in prin. sequitur Villadieg. vbi sup. q. 14. in prin. Imo omnia videtur posse, & quae Papa sibi specialiter non reseruaui, quae vices eius gerit, eum venerabilis, de consuet. c. 1. de off. legat. & ibi Abb. in vlt. notab. Specul. in tit. de leg. §. nunc ostendendum, in vers. legatus, & est imago ipsius Principis, ut in c. volentes, de off. leg. vt late plurima congerens in proposito tradit Nicol. Boet. in tract. de potest. lega. a latere, n. 16. & aliquib; seqq. & iterum, n. 61. & seq. eod. vol. 14. tract. Nil miru ergo si Nuntius Apostolicus legatus sedis Apostolicae possit, imo recte potest prad. monitorias generales decernere, prout quotidie eas concedit atque decernit per totam suam prouinciam, rem committendo Episcopo, ipsiusque prouisorii seu officiali dicecesis, ut si remanuerit iuxta decretum sacri Concil. Trid. superius praesertum, duxerit concedendas, eas decernat cum assignatione alicuius termini, intra quem sub pena excommunicationis Apostolicae reueletur quod praereditur, & ita videmus fieri saepissime, etque hoc indubium.

8 Quinimo, & Prouisor seu Vicarius generalis cu-

iuscunque Episcopi sive Archiepiscopi, cum habeat generale mandatum, sitque ordinarius dicecesis, ordinariamque exerceat iurisdictionem, poterit prad. monitorias generales concedere atque censuras decernere, ut in terminis tenet Sylua nupt. & Bernar. Diaz. vbi sup. Nec enim hunc meo iudicio excludere ab hac facultate, & potestate voluit Concil. Trid. in verbis supra relatis, du dispouit, a nemine profusus, praeterquam ab Episcopo eas decernendas, cum ipsius hic generalis vicarius habeat eandem potestatem in iurisdictionibus sibi ab Episcopo concessam: sed vt paulo ante dicebamus, inferiores ab Episc. voluit sacr. Concil. in hoc excludere, poterit igitur prouisor vel vicarius generalis Episcopi, has monitorias concedere & ita praxi praecceptum est.

Hoc tamen in hunc modum interpretari sunt Illustrissimi Cardinales ad declarationem futurum decretorum Conc. Trid. deputati a sede Apostolica: Vicarius generalis, & ad id facultatem habens ab Episcopo, potest sine praesentia cognitione facti ab ipsomet Episcopo excommunicationis ad finem reuelationis pro rebus perditis decernere, nam tamen ipse Vicarius causa cognitionem adhibeat, ut deduxi ex quodam sumpto declarationum omnium eorum de Card. quaru haec est n. 12. sic requiritur, vt habeat Vicarius ad hoc speciale ab Episcopo mandatum, nisi verba illa. Et ad id facultatem habens, & c. referantur ad facultatem vicariatus generalem. Sed & prouisores ac Vicarij, officialesq; generales a capitulo Ecclesiastico sede Episcopali vel Archiepiscopali & similibus vacante, rite deputati cum plena, omnimoda, & libera & potestate eas concedere poterunt: quia regula affirmatiua est vera & communis, quod capitulum sede vacante succedat generaliter in iurisdictione Praelati sui, & etiam in administratione temporalium & spiritualium, & habet iurisdictionem ordinariam a iure communi, potestque iudices dare ac constituit, & omnia, quae in iurisdictionem pertinent, expedire, vt latissime plures allegans iure probat Ioa. Francisc. de Paino in tract. de off. & potest. capit. sede vacante, q. 1. & 2. 1. partis prin. vol. 15. tract. diuers. Doct. fol. 172. & seq. Id quod hodie probant sanct. Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 16. praecipiens, quod capitulum sede vacante officialem seu vicarium infra octo dies post mortem Episcopi constituere vel existentem confirmare omnino teneatur, qui saltem in iure canonico fit Doctor vel Licentiarus, vel alius, quantum fieri poterit, idoneus: Ergo cum prouisores sede vacante a capitulo rite deputati habeant atque succedant in omni iurisdictione & administratione spiritualium & temporalium Episcopali, totumq; Episcopatum gubernent atq; regant, ac proinde Proepiscopi recte dici valeant, consequens est, vt praedictas monitorias atq; censuras generales decernere possint, sicut ipsi Episcopi, cu hoc ad clausas spectet, in quibus abique dubio succedit capitulum sede vacante: proinde indubium est, quod praediximus, premaxime si in mandato capituli id exprimitur: quod si expresse denegatur vel restringatur ad alia, referendum caetera ipsi capitulo, aliud erit dicendum: & ita cum iure communi concordat praxis moderna, vt nostris temporibus, videmus, decernentes saepissime praedictas monitorias in prad. officio Proepiscopi, quod licet immeriti nunc exercemus plus quam anno elapso in hoc Episcopatu Ciuitatem, sede ipsius Episcopali vacante, deputatione eiusdem capituli

Summe tamē contouersum est apud vtriusque iuris interpretes, An Episcopus eiusque vicarius generalis possint praedictas monitorias generales concedere non solum contra scientes, ut debeant propalare seu indicare, vt vbi nunc est, etiam, qui eam detinet, sed etiam ad indicare & propalare fures, qui eam rem furripuit: Legiste enim magis communiter probant, tamen quem indicare fure, quando index ex officio suo procedit consistente in semetipso, quod